

DISSIMILIVM

ET ADAGIORVM

EX D. IOANNIS CHRYS-

ostomi operibus colle-

ctorum Centuriæ,

PER

Claudium Espenceum Parisiens. Theologum.



PARISIIS

Apud Sebastianum Niuellium, sub
Ciconiis, via Iacobæa.

1669.

Cum Priuilegio Regis.

DISMISSUM
ET AD ACADEMIAM
D. JOHANNIS CHRYS.
PRIVILEGII SENTENTIA.

CAutum est auctoritate Caroli I X.
Francorum Regis Christianissimi,
ne quisquam alius ante novennium ab
impresione singulorum librorū, Opera
vlla Claudij Espencæi Theologi Pari-
siensis, excudat, néve vendat, præter eum
Typographum, cui excudēda autor ipse
dederit. Qui secus fecerit, libris, & pœna
in sanctione æstimata multabitur. Priui-
legium Parisiis irrogatum, V. Nouemb.
Anno M. D. LXVI.

Per Regem ad relationē D. Cancellarij.
CAMVS.

R. P. D. NICOLA O
 PELVIO, SENONVM ARCHI-
 episcopo, Galliarum & Germanicę pri-
 mati, Claudius Espencæus Parisiensis
 Theologus S.



V M hoc anno typographi Pa-
 risienses os illud aureū, D. Ioānem
 Chrysostomum recuderent, auto-
 rem alioqui toties excusum, nun-
 quam tamen vel recusum satis, vel nimum re-
 cudēdum, rogauit me ex his vnus, nunquid habe-
 rem quod commodè ad eam, quā in manibus ha-
 bent, editionem accederet. Respondi, præter Ve-
 neticam mihi esse seorsum paucula Basiliēsia, la-
 tina alia, alia græcolatina, & latina Parisien-
 sia, quibus ante annos plus minus viginti legen-
 dis obiter mihi obseruaueram dissimilia & pro-
 uerbia. Vterentur, fruerentur, siquidem ea vide-
 rent in rem esse tum suam, tum publicam. Rede-
 gi vtraque in centurias. gustata minus displicue-
 runt. Huius certè opellæ adeo non est cur me vel
 tantillū pœniteat, vt contrā sit cur me vehemen-
 ter pœniteat eandem olim iam non præstitisse le-
 gendis aliis sacris præsertim, scriptoribus. Collegit
 Erasmus Roterodamus ex prophanis similitudi-
 nes, ex Ecclesiasticis Alardus Amstelredamus,

DISSIMILIVM

EX D. IOANNIS
CHRYSOSTOMI OPERI-
bus collectorum Centuriæ duæ
& inchoata tertia,

Per M. Claudium Espenceum, Theologum Parisiensem.

Ex tomo 1. homiliis in Genesim.

1 **N**ON sicut in sensibilibus rebus, ita
& in spiritualibus vsuuenit. Illic
ex diuitiis in extremã redactus inopiam,
breui eas recuperare nequit: hic per mi-
sericordiam, si quidẽ condemnare facta
nostra, & iam sistere ignauiam volueri-
mus, statim poterimus ad pristinã abun-
dantiam redire.

6

*Paupertas.
Poenitentia.*

2 Non in hac causa cõtingit, sicut in pe-
cuniis. Illic qui dinumerauit vicino, im-
minuit suam substantiam: & quanto plus
expendit, tanto minus possidet: hic autẽ
secus agitur. Tũc enim facultatibus plus
accrescit, tunc spirituales hæ opes magis
augentur, cum audire volẽtibus, doctri-
nam liberaliter profundimus. sic & no-
bis abundantius opes & substantiæ af-

8

*Pecunia.
Doctrina.*

Disciplina.

153

SENONES, QUI PRIMI

ROMAM CEPERVNT,
Gallos fuisse, nō Germanos: quod in
præfatione propositū est pag. 15. pro-
batio aduersus Achillem Gassiarum,
libelli, cui titulus est, Epitome histo-
riarum & chronicorū totius mundi.

Historiæ Romanæ patres Liuius Gallos Lib. 5. et 10.
vocat, & quidē indubitatos, & in-
digenas Gallos, quorum etiam vici-
nos cum iis nominat, Bituriges, Aruernos, He-
duos, Ambarros, Carnutes, Aulercos, &c. ab
Oceano, inquit, terrarūque vltimis oris bellū
cientes. Apud quem etiā multo post Cn. Man- Lib. 38.
lius contra Gallogræcos pugnaturus, sic de su-
perioribus ad milites, Iam, ait, M. Manlius
vnius agmine scandentes in capitolium Gallos
detrusit. & illis maioribus nostris cū haud du-
bitis Gallis in terra sua genitis res erat, &c. Ut
primo loco vbi subiicitur, Alia subinde manus
Germanorum, pro Cenomanorum, errore qui- Glarean. in
dam substituerint, non attendentes hic antea Annota-
tionibus ad
de Belloueso vtrique Gallo dictū, Taurino sal- Linium &
tu per inuias Alpes duxisse suos, subsecutos au- Eutropium.
tem eodem saltu Cenomanos. quod de Germa-
nis intelligi nequit. Et his enim Gallorū in Ita-